





213.





Disputatio XXIV.

493

DE  
P V B L I C I A N A A L I I S Q V E  
*utilibus in rem actionibus: Item de Seruiana, & quasi Seruiana  
actione: De confessoria, & negatoria actione, &  
actione praeiudiciali.*

Q V A M,

*Diuino fauente Numine,*

S V B P R A E S I D I O

V I R I C L A R I S S I M I  
M I A C C O N S V L T I S S I M I,  
D N. H E N R I C I B O C E R I, S A L C A -  
*teni, IC. celeberrimi, & in illustri Tubingensi Academia  
professoris praestantissimi, Praeceptoris sui  
summè honorandi,*

O R D I N A R I I E X E R C I T I I G R A T I A,  
*tempore locoq; consuetis, pro ingenij tenui-  
tate defendere conabitur.*

M. D A V I D H O L D E R,  
*Stutgardianus.*



T V B I N G A E                      cccc  
*Apud Georgium Gruppenbachium.*

A N N O M D C.



192

DIPLOMATICO XXIV.

VIRI CLARISSIMI  
M. A. C. CONSULISSIMI  
DR. HENRI G. BOGERT, SACR.


VIRI CLARISSIMI

M. A. C. CONSULISSIMI

DR. HENRI G. BOGERT, SACR.

ORDINARI EXERCITII GRATIA

M. D. N. D. H. O. D. E. R.



CCCC

T W B I N G E

Neue Georgen-Gruppenbuchung

A N N O M D C





# Disputatio XXIV,

DE PUBLICIANA, ALIIS QVE  
utilibus in rem actionibus: Item de seruiana, & quasi serui-  
ana actione; de confessoria, & negatoria actione,  
& de actione praiudiciali.

## THESIS I.



ROXIME DE REI VINDICATIO-  
ne: Succedunt nunc aliz vindicationes, (a) Et primùm  
quidem utiles in rem actiones, quæ alij, quàm verò do-  
mino dantur, rei tamen vindicationem imitantur. (b)

a) *Proposita in thesi 1. disputat. precedentis.* (b) *l. In honorarijs 35. §. Item publiciana ff. de obligat. & act. l. Sed etsi 7. §. In publiciana 8. ff. de pub. in rem act.*

### II.

Vtiles autem in rem actiones, vel suas habent appellationes cer-  
tas, vt publiciana in rem actio, emphyteuticaria in rem actio, feu-  
dalis in rem actio, superficiaria in rem actio, & actio in rem rescissoria:  
vel simpliciter in rem actiones appellatur, nullo alio addito nomine.

### III.

Publiciana in rem actio est vindicatio (a) Prætoria, (b) qua  
rem ex iusta acquirendi dominij causa, (c) à non domino (d) tradi-  
tam, (e) & bona fide (f) à nobis acceptam, (g) sed necdum vsuca-  
ptam, (h) vel longi temporis præscriptione (i) acquisitam, si eius  
possessionem casu amiserimus, (k) ab eius possessore vel detentore,  
(l) petimus. Quæ & ipsa est utilis in rem actio, (m) à Prætoře publi-  
cio, à quo introducta est, ita appellata. (n)

a) *Omnia enim in rem actio dicitur vindicatio §. appellamus autem. Instir. de act. l. actionum 25. in prin. ff. de oblig. & act. (b) §. Sed iste, & §. Namq; si cui. Instir. de actionib. l. 1. in prin. ff. de public. in rem act. C. l. 1. in prin. l. 3. §. 1. l. Quæcumq; 13. in prin. ff. d. r. Cuiusmodi causa sunt, emptio, donatio, dos, lega- rum, d. l. 1. in fin. l. 2. & l. 3. ff. eod. tit. & d. §. Namque si cui, Instir. de de actionib. Item iudicatum, solutio, & noxa deditio. l. 3. in fine. l. 4. l. 5. l. 6. & l. 7. in*





. 7. in prin. ff. de public. in rem act. Hæ autem causa per testes & instrumenta probantur. gl. ad dict. §. Namq̄, Instit. de actio. & Petr. Costal. ad dict. l. 1. ff. de public. in rem act. (d) l. 1. in prin. ff. d. t. (e) d. l. 1. in prin. ibi, quod traditur. l. Si emi 11. in prin. & §. 1. ff. eod. tit. (f) l. Sed etsi 7. §. Prætor ait, & §. bonam autem fidem, & §§. seqq. ff. h. t. Sed bona fides tempore emptionis, & traditionis requiritur, Quod antea vel postea dolo malo factum est, in hac actione non attenditur d. l. Sed etsi 7. §. Publiciana 14. & §§. seqq. ff. eod. tit. vbi Costal. ad §. Prætor ait, 11. & Cuiac. ad l. 4. §. Heres, qui in ius. ff. de usurpat. & usucap. (g) Necessum est prius habuerit actor possessionem rei, licet momento. l. Cum sponsus 12. §. vlt. ff. de pub. in rem act. (h) Nam si quis vsuceperit rem, rei vindicationi, non huic honorarie actioni locus erit, l. 1. §. 1. ff. d. t. (i) Competit quoq̄ hæc actio de seruitutibus personalibus & realibus l. Si ego 11. §. 1. ff. h. t. Item de prædio vectigali. d. l. cum sponsus 12. §. In vectigalibus. 2. ff. eod. tit. Seruitutes autem non vsucapiuntur, l. Seruitutes. 14. in prin. ff. de seruitut. l. 4. §. vlt. l. Si aliena. 10. §. 1. ff. de usurpat. & usucap. l. Seruus 43. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. sed longi temporis præscriptione acquiruntur, l. si quis diuturno 10. in prin. ff. si seruit. vind. l. vlt. in fin. C. de præscript. longi temp. Neq̄ vsucapiuntur prædia vectigalia, d. l. cum sponsus 12. §. In vectigalibus. 2. ff. de pub. in rem act. Hac tamen longi temporis præscriptione acquiruntur, l. si finita 15. §. Sed in vectigali 27. ff. de damno infect. Cuiac. ad d. l. 4. circa finem. ff. de usurpat. & usucap. & in Paratit. Cod. de longi tempor. præscript. & in lib. 19. Pauli ad edict. pag. 268. & Dominus Obrecht. in disputat. de præscript. thesi 67. & seq. Ex prædictis sequitur, quod in his rebus, quæ neq̄ vsucapi, neq̄ longi temporis præscriptione acquiri possunt, publiciana locum non habeat. l. Siue autem 9. §. Hac actio 5. ff. de pub. in rem act. vbi quod de vsucapione dicitur, exaudiendum quoq̄ est de longi temporis præscriptione, Cuiac. in dict. lib. 19. Pauli ad edictum. pag. 268. col. 2. & suadet text. in d. l. si ego. 11. §. 1. & d. l. cum sponsus. §. in vectigalibus, ff. d. t. (k) dict. §. Namq̄ cui, ibi possessionem casu amiserit, vbi Donel. num. 9. Instit. de actionib. (l) l. 2. l. vlt. ff. de pub. in rem act. l. Officium 9. ff. de rei vindicat. iuncta l. Sed etsi 7. §. In publiciana 8. ff. de public. in rem act. (m) l. Nec utilem 20. ff. Ex quibus causis maior. Cuiac. in lib. 13. question. Papin. pag. 338. col. 1. in fin. & col. 2. in pr. & in lib. 19. Pauli ad edictum pag. 263. col. 2. in prin. Donel. ad §. Namq̄ sicut, num. 11. Instit. de act. N. d. §. namq̄, in fin. Instit. d. t.

## IV.

Ex prædictis conijcere promptum est, quæ sint substantialia requisita huius actionis; item cui, & aduersus quem, & qua de re competat ea. Est tamen & illud hic obseruandum, quod si duo separatim à



tim à non domino bona fide rem emerint, publiciana is possit uti, cui priori res tradita est. Quòd si à diuersis non dominis, melior causa sit possidentis, quam petentis. (a)

a) *l. Siue autem 9. §. si duobus 4. ff. de pub. in rem act. Sed quod ad posterius de possidente, obstare videtur textus in l. si ea res 31. §. vlt. ff. de actionib. empt. vide Cuiac. lib. 18. obseruat. cap. 31.*

## V.

Est & illud hinc notandum, quòd conceditur etiam hæc actio ei, qui à furioso ignorans eum furere, vel à minore, ignorans eum minorem esse, emit.

*l. Sed etsi 7. §. Marcellus 2. & §. seq. ff. de public. in rem act. Sed obstare videtur l. 2. §. si à pupillo 15. & §. seq. ff. pro empt. vide Donel. lib. 5. comment. cap. 15. pag. 373. & ad §. namq; si cui, num. 6. Instit. de act. Cuiac. lib. 16. obseruat. cap. 29. Anton. Fab. lib. 1. coniectur. cap. 18. Mercat. lib. 2. notat. cap. 27.*

## VI.

Similiter & illud monendum hoc loco, quòd huic actioni exceptio iusti dominij obijci potest (a) Quibusdam tamen casibus etiam contra dominum rectè mouetur. (b)

a) *l. pen. & vlt. ff. de public. in rem act. (b) Quos indicat Cuiac. lib. 10. questio. Papin. pag. 263. col. 2. in prin. & in lib. 12. quest. Papin. pag. 311. & lib. 10. obseruat. cap. 6. vide quoq; Petr. Costal. ad l. 1. ff. de pub. in rem act.*

## VII.

In publiciana in rem actione eadem omnia erunt, quæ & in rei vindicatione diximus, (a) Proindeq; & fructus rei continet. (b)

a) *l. Sed etsi 7. §. In publiciana 8. ff. h. t. (b) l. Qui scit 25. ff. de vsur.*

## VIII.

Non est hoc loco ignorandum, quòd cum rei vindicatione alternatiuè cumulari publiciana in rem actio potest cum protestatione, si quis probabiliter dubitet, dominus sit, nec ne.

*Per l. 1. §. Quia autem, 4. ff. Quòd legator, & est textus in c. 3. in prin. ibi, iure dominij, vel quasi, & §. Secus autem, ibi, vel ad se iure dominij, vel quasi rem aliquam pertinere. Tit. de sentent. & re iudic. in 6. And. Geil. lib. 1. practic. obser. obser. 62. num. 5. Modestinus Pistoris consil. 27. num. 18. & seqq. Mynsinger. cent. 4. obser. 11. Sed vide Bald. ad l. 1. num. 7. C. de seruis fugit.*

## IX.

Emphyteuticaria in rem actio est, qua emphyteuta rem emphy-

cccc 3

teuticam



teuticam ab eius possessore etiam ipso domino petit. (a) Quæ & ipsa est utilis in rem actio (b) Quòd si emphyteusis à ciuitate sit data, tunc actio vectigalis appellatur (c) item actio de fundo vectigali. (d)

a) l. 1. in fin. ff. Si ager vectigal. (b) gl. ad dict. l. 1. in fin. verb. In rem. ff. d. t. Cuiac. ad dict. Tit. 9. in prin. lib. 2. feud. (c) l. Si finita. 15. §. si de vectigalibus. ff. de damno. infect. (d) l. Si cum venditor 66. in prin. ff. de euiet. Emphyteuticariam actionem appellat Donellus lib. 20. commentar. cap. 8. pag. 445. sub num. 30. Sed de emphyteusi prolixè egimus sub classe 1. disputat. XV.

## X.

Feudalis in rem utilis actio est vindicatio, quæ competit vasallo de re feudali aduersus quemlibet possessorem eius rei.

Text. est in tit. 8. §. Rei autem, vbi Cuiac. lib. 2. feud.

## XI.

Superficiaria in rem actio, est vindicatio utilis, qua superficiarius superficiem suam, sibi in perpetuum, vel non modicum tempus constitutam, ab eius quouis possessore, etiam domino petit.

l. 1. §. 1. ibi, Et quasi in rem actionem, & §. Quia autem 6. ff. de superficie. l. Tutor. 16. in fin. ff. de pig. act. l. 3. §. pen. ff. de oper. uoui nunciat. l. In speciali 73. §. vlt. & duab. leg. seqq. ff. de rei vind. Cuiac. in lib. 21. Pauli ad edictum, pag. 332. & in lib. 2. feud. tit. 9. in prin. Donell. lib. 20. comment. cap. 8. pag. 445. sub num. 40. De superficie, & eius iure dictum est sub classe 3. disputat. 5. thesi 64. & seqq.

## XII.

Actio in rem rescissoria est, quæ datur ad vindicandam rem, cuius adquisitio, quâ possessorem adeptus est, iure est rescissa. Estq; duplex; vna competit nobis de re nostra quam possessor iure ciuili, puta vsucapione, adquisiuit; altera datur de re nostra, quam possessor iure gentium, veluti traditione est adeptus.

## XIII.

Prior illa rescissoria in rem actio, (a) est vindicatio eius rei quam aliena vsucapione, (b) præscriptione (c) aut non vtendo (d) damiseramus, per in integrum restitutionem nobis iusta ex causa red-



sa reddita (e) competens nobis intra annum aduersus eius rei possessorem, ut eam, quasi suam non fecisset, nobis restituat. (f) Vnde Prætoria, (g) & utilis (b) in rem actio, siue utilis vindicatio est, (i) Perperam autem ab Interpp. publiciana vocatur. (k)

a) Dicitur rescissoria actio in l. Nec non 28. §. pen. & vlt. ff. Ex quibus causis maior. l. Nullo iusto, 24. C. de rei vindic. l. ab hostibus 18. C. de postlim. reuers. (b) §. Rursus, ibi vsuceperit, Instit. de actionib. l. 1. §. 1. ibi, quod vsu suum fecisset. l. Deniq; 19. & l. Item 21. in prin. l. Ait Prætor 23. in prin. & §§. seqq. l. Sed etsi 26. §. Quotiens. l. cum miles 30. ff. Ex quibus causis maior. l. 3. C. de restitut. milit. (c) l. 2. l. 5. C. d. e. l. 1. l. 2. C. de vxor. milit. (d) d. l. 1. §. 1. ibi, aut quod non vtendo amittit. l. Item ait 6. ff. Ex quibus causis maior. Non vtendo autem amittimus seruitutem, non modo personalem §. Finitur. ibi, non vtendo per tempus, vbi Cuiacius in notis Instit. de vsufruct. l. vsufructus 28. ff. Quibus modis vsufruct. amit. l. corruptionem 16. & ibi gl. in verb. non vtendo cadere, C. de vsufruct. sed & realem siue prædialem, l. sicut 13. & l. seq. C. de seruitut. & aqua. l. Si communem 10. in prin. l. Nam satius 6. §. 1. vers. Sed si us fundus, ibi, aut non vtendo deperire. l. Si stillicidij 8. in fine ff. Quemadmodum seruitut. amit. (e) l. In honorarijs 35. §. Sed cum rescissa, ff. de obligat. & act. d. l. 1. §. 1. ibi, earum rerum actionem intra annum restituam, ff. Ex quibus causis maior. (f) dict. §. Rursus ex diuerso, Instit. de actionibus & d. l. In honorarijs 35. §. Sed cum rescissa, ff. de obligat. & actionib. (g) §. Sed ista, iunct. §. Rursus, Instit. de actionibus & d. l. In honorarijs 35. ff. de obligat. & actionib. (h) l. vlt. C. Quibus ex causis maior. d. §. Rursus, vers. Quod genus, ibi, adcommodat Instit. de action. accommodari dicuntur utiles actiones. l. Eleganter 24. in prin. ff. de pignor. act. l. Si vsufructus. 22. in fine principij. ff. de aqua & aqua pluu. arcend. l. Quia actionum. 11. ff. de præscript. verb. l. vxor 55. in fine. ff. de donat. inter vir. & vxor. (i) d. l. Nullo iusto 24. C. de rei vindicat. (k) Donell. ad dict. §. Rursus num. 14. Instit. de actio.

## XIV.

Illam autem iusta causa, ob quam actio in rem amissa restituitur, siue



siue redditur, posita est vel in persona actoris, vel in persona rei conuerti, vel in persona iudicis.

## XV.

In actoris persona, si is cum rem suam aliena vsucapione, præscriptione, vel non vtendo amitteret, absens fuerit vel reipub. causa sine dolo malo, vel iusti metus causa, vt timoris, aut cruciatus deteritus, vel testimonij, cognitionis, appellationis, vel studiorum gratia, (a) vel dolo aduersarij. (b)

a) l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. l. 3. l. 4. l. 5. l. Sed etsi 21. §. vlt. l. Nec non 28. in prin. l. videlicet 29 ff. Ex quib. causis maior. (b) l. pen. §. 1. ff. d. t. facit l. cum proponas 13. C. de nautic. fœnor. l. Qui officij 62. §. vlt. ff. de contrah. empt l. 1. §. si reus. & l. vlt. ff. de eo, per quem fact. erit, quo minus quis in iudic. sistat.

## XVI.

Neq; refert, quòd actor nec ipse, nec alius, quem domi procuratorem habuit, vsucapionem, vel præscriptionem impediuit. (a) Quippe cum ipse non potuerit agere cum possessore propter absentiam, & si procurator id non fecerit, nulla eius sit culpa, cum ipsum absens cogere non potuerit. (b)

a) d. l. Sed etsi 26. §. fin. l. ab hostibus 15. ff. Ex quibus causis maior. l. Qui absente C. de procurat. Cuiac. lib. 7. obseruat. cap. 31. & Donell. ad dict. §. Rursus. num. 3. & 4. Instit. de act. (b) l. Nullum 19. ff. de reg. iur. l. cum quidam 17. §. si pupillo, ff. de vsur. Quod si autem procurator absentem dominum defenderit, aduersus rem iudicatam dominus non restituitur, sed in hoc, vt & post tempora interponenda appellationis prouocare possit. Nec enim in ipsum dicta sententia sine appellatione rescindi potest. l. vlt. & ibi Cuiac. ff. de in integr. restituit.

## XVII.

Adhæc à parte actoris iusta proficisci dicitur causa, si is in vinculis fuerit, dum rem suam aliena vsucapione, præscriptione, vel non vtendo amitteret.

l. 1. §. 1. & l. Succurritur 9. & l. seq. ff. Ex quib. causis maior.

## XVIII.

A parte rei conuerti iusta restitutionis capitur causa, si is absens fuerit, dum vsucapione, vel præscriptione, aut non vtendo rem præsentis acquireret, siue eius absentia necessaria fuerit, siue probabilis, siue voluntaria (a) Neq; refert, per se vel per subiectas sibi personas ex re peculiari præsentis rem aut ius adquisierit. (b)

a) l. Item ait 21. §. 1. ff. Et quib. causis maior. Donell. ad dict. §. Rursus, num. 3.



num. 3. *Instit. de act. & lib. 21. commentar. cap. 5. pag. 487.* (b) *d.l. 1. & d.l. Item ait. 21. §. Hæc autem restitutio, ff. Ex quib. causis maior.*

## XIX.

Captus tamen ab hostibus, non per se, sed per seruos suos, & quidem ex re tantum peculiari vsucapere potest.

*d.l. Ait Prætor 23. §. Hi planè. ff. d. t. l. In bello 12. §. facti & l. pen. ff. de capt. & postlim. reuers. l. cum heredes 23. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. Si quis 16. l. Iusto 44. §. vlt. ff. de vsurpat. & vsucap. VVesemb. Hotoman. & Donel. ad dict. §. Rursus, Instit. de act.*

## XX.

Proficiscitur item iusta restitutionis causa ex persona Rei, si dum acquireret rem actoris, inuitus in ius vocari non potuit, eò quòd vel consul fuit, vel Prætor, vel alius aliquis, qui imperium potestatemue habuit.

*l. Sed etsi 26. §. 2. ff. Ex quib. causis maior.*

## XXI.

Sed hæc restitutio aduersus absentem non aliter locum habet, quam si eius defensor non extitit. vt si illius procuratores vel amici vltro interrogati fuerint, an defendant absentem; nemo autem defensionem se obtulerit; aut si nemo fuerit, qui interrogari potuerit: quam rem actor testatione complecti debuit.

*l. Item ait 21. §. pen. & vlt. l. Ergò sciendum 22. & l. Sed etsi 26. §. Deinde adijcit. ff. Ex quib. causis maior. Hotoman. ad d. §. Rursus, in verb. Intra annum rescissa, in fin. Instit. de actionib.*

## XXII.

A Iudice iusta restitutionis prouenit causa, si eius factio exempta sit actio, vt amplius vindicari res non possit: veluti si eius copia non fuit, aut per dilationes ab eo datas actionis dies exierit, aut per gratiam, vel sordes ius non dixerit, vel ius non dixerit propter repentinatas ferias.

*l. 1. §. 1. l. Sed etsi 26. §. ait Prætor. siue cui, & §§. seqq. ff. Ex quib. causis maior.*

## XXIII.

Si præter causas supra scriptas, & alia iudici visa fuerit iusta, auxilium restitutionis impertiri iubetur, (a) vt si quis mercaturæ, vel alicuius artificij honesti discendi causa abfuerit. (b)

a) *d.l. 1. §. 1. l. Sed etsi 26. §. vlt. & l. Inter eos 33. in prin. ff. Ex quib. causis maior. & l. pen. §. 1. ff. de in integr. restit.* (b) *Donel. lib. 21. cap. 5. pag. 486. sub num. 20.*

d d d

Ex



Ex prædictis cognoscimus, aliud esse in integrum restitutionem, aliud item hanc rescissoriam actionem, (a) Proindeq; Interpretes rectè distinguere inter rescindens iudicium, quo petitur, & fit restitutio in integrum, & hoc iudicium rescissorium, (b) licèt Hottomannus (c) & quidam alij secus sentiant.

a) l. vn. §. 1. ibi, in veterem debitorem debet restitui actio. C. de reputat. qua sunt in iudic. in integr. restitut. l. vlt. ibi, que in integrum restituta datur. C. Quib. ex causis maior. d. l. In honorarijs 35. §. Sed cum, ibi, rescissa vsucapione redditur, ff. de oblig. & act. d. §. Rursus, ibi, rescissa vsucapione. Instit. de actionib. d. l. 1. §. 1. ibi, earum rerum actionem in integrum restitutam, ff. Ex quib. causis maior. l. metum 9. §. Sed quòd Prætor. vers. Sed ex facto. ff. Quòd metus causa, Peragitur autem restitutio iudicis officio implorato, facta rescissione. & institutione actio hæc intentatur. (b) Post Iason. alios Dd. Thomas Linius, & Ioan. Schneid. ad dict. §. Rursus ex diuerso. Instit. de actionib. (c) in notis ad Iul. Paul. lib. 1. sentent. tit. 7. in prin. ad dict. §. Rursus, in verb. Intra annum. vers. Sed quòd ait, Instit. de action.

Restitutio autem illa olim impetranda erat intra annum utilem, hodie verò intra quadriennium continuum (a) Sed restituta & reddita hæc actio post factam restitutionem in integrum intra annum intentari debet, (b) Post litis contestationem verò perpetuatur, (c)

a) l. vlt. C. de temporib. in integr. restitut. (b) d. l. In honorarijs 35. §. Sed cum rescissa, ff. de obligat. & act. & dict. §. Rursus, ibi, tunc intra annum rescissã vsucapione eam petere, Instit. de actionib. At Donell. ad dict. §. Rursus, num. 8. scribit, quòd hæc actio, posteaquam restituta est, incipiat esse perpetua ei, cui restituta est. (c) l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Cuiac. lib. 18. obser. cap. 26. & cap. 29. Zas. ad dict. §. Rursus, pag. 52. & communiter Dd. ad d. l. fin. C. de tempor. in integr. restitut. Sed obstare videtur l. Properandum 13. C. de iudic. vide Hartman. Pistor. lib. 1. quæstion. iur. quæst. 12. num. 12. Minsing. cent. 2. Obseruat. 48. & cent. 3. obser. 44. VVesembec. consil. 5. num. 42. Obstare item videtur dict. l. l. C. de tempor. in integr. restit. Vnde quidam probant, lite contestata hanc rescissoriam actionem intra quadriennium continuum finiendam esse. At illi non aduertunt, quòd etiam in iudicio restitutionis in integrum lis est, & lis est contestanda, l. 6. C. de in integr. restitut. minor. & l. 5. C. de tempor. in integr. restit. Cum & hic libelli offeruntur. & causa probatur, Minsing. cent. 1. obser. 49. VVesembec. in paratit. Cod. Quib. ex causis maior. Potest



## XXVI.

Potest tamen, uti remur, restitutionis in integrum petitio, et hæc rescissoria actio eodem in libello cumulari (a) quamvis Dd. hic diuersa & separata iudicia desiderent. (b)

a) *Duar. ad tit. ff. Ex quib. causis maior. pag. 240. Regner. Sixtinus in manuscriptis prælectionibus suis ad Instit. dict. §. Rursus, in fine. Atq; hæc ratio expeditiorem processum suppeditat, & efficit, ut quis vna quasi via consequatur, quòd duobus iudicijs temporibus diuersis adipisceretur.* (b) *Ang. Zas. Mysing. & Ioan. Schneid. ad dict. §. Rursus. Instit. de actionib.*

## XXVII.

Non est hoc loco omitendum, quòd etiam personalis actio temporalis, si tempore extincta sit, ex prædicta aliqua iusta causa restitui, siue reddi, & denuò institui potest, quæ & ipsa rescissoria, & utilis est actio.

*d. l. §. 1. ibi, siue cuius actionis eorum, cui dies exisse dicetur, ff. Ex quib. causis maior. l. metum 9. §. volenti 4. vbi Cuiac. interpretum errorem arguit. ff. Quòd metus causa.*

## XXVIII.

Altera rescissoria in rem actio est, qua creditores rem, quam debitor, posteaquam eius bona iussu magistratus ab ipsis creditoribus possessa sunt, in fraudem ipsorum alienauit, ab eo, cui tradita fuit, rescissa priùs eâ traditione, reperunt, ac si verè tradita non esset. (a) Hanc autem Paulianam esse actionem cum Donello contra Dd. negamus. (b)

a) *§. Item si quis, vbi Donel. num. 2. & 9. Instit. de actionib.* (b) *Donel. dict. loco, num. 11. 12. & 13. Idem Donel. lib. 20. commentar. cap. 8. in fin. pag. 446. sub num. 30. & seqq. Hæc rescissoria actio in rem est, dict. §. Item si quis, Instit. de action. Sed Pauliana est in personam. l. videamus 38. in prin. iunct. §. In Fauiana, ff. de vsur. Vnde etiam in factum actio appellatur, vide sub classe 3. disputat. 7. thes. 24.*

## XXIX.

Sequuntur vtiles in rem actiones, quæ ita simpliciter appellantur, nullo alio addito nomine. Eiusmodi est actio, quæ datur vxori de re, quam maritus comparauit pro pecunia ab vxore sibi donata, aduersus possessorem eius rei.

*l. vxor marito 55. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. vn. §. Taceat, ibi, vel per vtilem, C. de rei vxor. act. Cuiac. lib. 5. obseruat. cap. 29. & in lib. 6. quaest. Papin. pag. 175. & seq.*

d d d d 2

Talis



Talis quoque est actio, quæ competit militi ad vindicandam rem, quàm ipsius militis pecunia quispiam suo nomine comparavit, aduersus possessorem eius rei.

*l. Si ut proponis 8. C. de rei vindic.*

Est quoq; huius classis actio in rem, competens pupillo, vel adolescenti pro vindicanda re, quam tutor vel curator ipsorum pecunia in proprium nomen emit, aduersus eius rei possessorem stringenda.

*l. 2. ff. Quando ex facto tutor.*

Huiusmodi etiam utilis in rem actio est, quæ tribuitur domino tabulæ pictæ aduersus possessorem tabulæ etiam ipsum pictorem.

*S. Si quis in aliena, vers. At si is, Instit. de rer. diuis. & l. Quaratione 9. S. Sed non, ff. de adquir. rer. dom.*

Huic quoq; generi subijcimus vtilem in rem actionem prætoriam, quæ competit ei, qui rei alienæ, quam sua culpa, non fraude possidere desijt, æstimationem domino vindicanti eam præstitit, aduersus quemlibet possessorem rei illius.

*l. Si culpa 63. & ibi gl. in verb. adiuuari, vers. Respon. iunct. vers. vlt. & Petr. Costal. ff. de rei vindicat. Cuiac. in lib. XI. questionem Papin. pag. 311. col. 1. Putat tamen Costal. hanc vtilem vindicationem contra solum dominum, non contra extraneum stringendam, sed malè d. l. 63. ibi, quolibet alio possidente. Cuiac. dicto loco hanc publicianam in rem actionem esse autumat, sed errore ducitur: Publiciana enim datur ei qui rem à non domino traditam accepit; Sed hæc ei competit, qui à verò domino rem nanciscitur, vti arguunt in d. l. 63. verba hæc, vt aduersarius actiones suas cedat.*

Sed in quæstionem vocatur, an etiam utilis in rem actio creditori hypothecario competat, aduersus rei pignoratæ possessorem? Hanc ei quoq; si possessio tradita sit, & hypothecaria nondum moueri possit, competere putamus.

*Per l. Ei qui 16. ibi, sicuti ipsius fundi utilis petitio dabitur, ff. de seruit. & docet Cuiac. lib. 1. obseruat. cap. 16. & ad tit. 9. in prin. lib. 2. feud.*

De fructuario dubia quæstio est, an vtili in rem actione rem fructuariam



ctuariam ab eius possessore petere queat? Cuiac. negat, (a) & quidem rectè, (b) licèt affirmatiuæ sententiæ verisimiles non desint rationes. (c)

a) Lib. 1. obseruat. dict. cap. 16. & ad tit. 9. in prin. lib. 2. feud. Non enim opus habet hac actione, cum actione confessoria vsufructum aduersus quemuis fructuarij prædij possessorem vindicare possit. l. 1. in prin. & l. 5. §. 1. ff. si vsufruct. pet. iunct. l. 1. §. 1. ff. de superfic. (c) vt sunt quod vsufructuario competit quoq; utilis vindicatio seruitutum prædio fructuario debitarum. l. vn. §. Item Iuliano 4. ff. de remissionibus. Petr. Costal. ad l. Ei qui 16. ff. de seruit. Proindeq; & utilis in rem petitio, arg. d. l. Ei qui 16. ff. de seruit. Quodq; vsufructuarius rem fructuariam naturaliter possidet, l. naturaliter 12. in prin. & l. possessio 49. in prin. ff. de acquir. vel amitt. poss. Quod item fructuario competit interdictum vti possidetis, l. vlt. ff. vti possidet. item interdictum vnde vil. 3. §. in id 13. ff. de vi & vi armat. Quodq; superficiario quoq; utilis in rem actio de superficie competit. l. In speciali 73. §. vlt. iunctal. Prætor. 75. ff. de rei vindicat. Quod deniq; vasallo, & emphyteuta utilis in rem actio tribuitur, vt suprà dictum fuit, & feudo, ac emphyteusi vsufructus similis est, tit. 23. in fin. lib. 2. feud.

## XXXVI.

Atq; hætenus etiam de vtilibus in rem actionibus, in quibus ea omnia insunt, quæ & in rei vindicatione diximus.

Arg. l. Sed etsi 7. §. In publiciana 8. ff. de public. in rem act. l. 2. ff. de possessor. heredit. petit. & l. 2. ff. de fideicommiss. heredit. petit.

## XXXVII.

Reliquæ nunc sunt seruiana, & quasi seruiana, siue hypothecaria actiones; Item actio confessoria, & negatoria actio, tum etiam actio præiudicialis.

## XXXVIII.

Seruiana actio, ab autore Seruio Prætoris sic dicta, est vindicatio, quâ creditor res coloni in fundum conductum illatas, vel inuectas, & expressa conuentione pro mercede locationis, & deteriora ratione fundi, pignori oppositas, ab earum quouis possessore, etiam debitore, petit.

Huius definitionis fundamenta adscripta sunt thesi 69. disput. 13. sub Clas. 1. vbi eadem definitio proponitur. Quod de expressa conuentione dicimus, pleriq; displicet, inter quos etiam est Ioan. Schneid. ad §. Item seruiana, num. 54. 72. Instit. de actionib.

dddd 3

Quasi



## XXXIX.

Quasi seruiana actio est vindicatio, qua creditor persequitur res pignori sibi expressè vel tacitè obligatas, & quidem omnes, præter eas res coloni, pro quibus vindicandis seruiana competit, aduersus eorum pignorum possessores data. Eadem quoq; hypothecaria vocatur, item vilis seruiana actio.

*Fundamenta huius descriptionis vide sub classe 1. dict. disputat. XII. th. 70.*

## XL.

Priusquam autem aduersus extraneum possessorem hæc moueantur actiones, reus principalis, eiusq; heredes, & fideiussores, item mandatores, & sponsores personali actione conueniendi sunt.

*Novel. 4. cap. 2. vbi Cuiac. Auth. Hoc si debitor. C. de pignor. & hypoth. & Auth. Sed hodie, C. de obligat. & act.*

## XLI.

Si pignoris aut hypothecæ possessor sit vnus de heredibus debitoris, vel fideiussoris, hac in rem actione conueniri potest omiſsa personali actione.

*Gloss. & Bart. ad l. mulier 19 ff. Qui potior in pig. hab. Idem Bart. ad l. 1. C. Si vnus ex plurib. hered. Negusant. tract. de pig. & hypothec. part. 8. memb. 1. num. 16. Atq; hanc confirmant sententiam textus in Novel. 4. cap. 2. vers. Contra principales.*

## XLII.

At sæpè & illa in praxi occurrit quæstio, an etiam principalis debitor, qui notoriè soluendo non est, iudicialiter excuti debeat, vt & post eum fideiussor, mandator, sponsor, antequam pignoris vel hypothecæ possessor conueniatur? Iacob. autem Butrig. id affirmat: Sed Angel. & Salicet. & alij (a) negant, quos sequitur Sichardus (b) Nos veriore affirmandam sententiam iudicamus. (c)

a) Quos citat Negusant. tractat. de pig. & hypoth. part. 8. membr. 1. num. 14. (b) ad l. persecutione 24. C. de pig. & hypothec. (c) Iura enim desiderant, vt personales debitores prius iudicio personali actione excutiantur, dict. Novel. 4. cap. 2. d. Auth. Hoc si debitor. C. de pig. & hypoth. & d. Auth. Sed hodie. C. de oblig. & act. Accedit huc, quòd venditor fundi de euictione emptori non tenetur, si hic illi specialiter non denunciauerit, etiamsi ille aliunde scierit, rem euinci. l. Emptor 8. C. de euict. Probat insuper eandem sententiã, quòd qui olim pauper fuit, non presumitur & hodie pauper, Alciat. de presumpt. Regul. 2. presumpt. 27. num. 3 pag. 302. & seq. Menoch. de presumpt. part. 2. lib. 6 presumpt. 25. num. 9. & seqq.



& seqq. Deniq; firmat idem pronnnciatum, quod interest multum possessoris, cer-  
 to sibi constare, soluendo sit, nec ne, principalis debitor. itemq; eius fideiussor, aut  
 horum heres; & quidem ex iudicio excussionis, non ex iudicio in se suscepto, quippe  
 cum hic probationis impensa ei possint oneri esse.

## XLIII.

Est & illud practicæ quæstionis cottidianæ, an excussionis ad iu-  
 dicium, contra principalem debitorem, aut eius heredem, vel fide-  
 iussorem à creditore institutum, etiam pignoris, vel hypothecæ pos-  
 sessor citari debeat, ut seruiana, vel quasi seruiana actio aduersus hunc  
 postea locum habere possit? Aientium (a) sententiæ nostrum addere  
 calculum nihil dubitamus. (b)

a) Quos refert & sequitur Negusant. dict. part. 8. memb. 1. num. 12. Melch.  
 Kling. ad c. Susceptis, num. 15. & seqq. extra. de causa possess. & propriet. Sichard.  
 ad l. Persecutione 24. num. 19. C. de pig. & hypoth. (b) per regul. in l. Nam ita  
 diuus 39. ff. de adopt. & in l. De vnoquoq; 47. ff. de re iudic.

## XLIV.

Est & illud hic monendum, quòd si conuentione constitutum  
 sit pignus, vel hypotheca, creditor in hoc iudicio probare debet, eam  
 conuentionem, tum quoq; rem illam tempore conuentionis ad de-  
 bitorem pertinuisse.

l. Ante omnia 23. ff. de probat. vide Ioseph. Mascard. de probat. vol. 1. con-  
 clus. 456. & vol. 2. conclus. 870. Andr. Geil. lib. 2. obser. pract. obseruat. 26.

## XLV.

Et quia arbitraria est seruiana & quasi seruiana actio, (a) si res  
 non præstetur, iusiurandum in litem habere locum potest. (b)

a) S. Præterea quasdam vers. In rem, instit. de actionib. (b) l. 5. in prin. ff.  
 de in litem iur. l. Si fundus. 16. S. In vindicatione. ff. de pig. & hypothec. l. Qui re-  
 stituere 68. ff. de rei vindic.

## XLVI.

Quod attinet formam libelli in his actionibus, eam ita conci-  
 piendam iura ostendunt, ut petat actor per Iudicem declarari, rem  
 petitam iure pignoris, vel hypothecæ ad se pertinere, ac condemnari  
 reum possessorem, ut vel debitum soluat, vel eo, quod detinet, cedat.

l. 2. C. Si vnus ex pluribus heredib. & l. Paulus 12. S. 1. ff. Quib. modis pig.  
 vel hypothec. soluatur. Sed vide vsitatam libelli formam apud Ioan. Schneid. ad S.  
 Item seruiana, num. 68. & 90. & Ferrar. in forma libelli in actione hypothecaria.  
 Quæ præterea ad has actiones cognitu necessaria sunt, repeti possunt ex dict. dispu-  
 tat. XIII. sub classe 1.

CON-



## XLVII.

Confessoria & negatoria (quæ & negatiua dicitur) (a) actiones, de seruitutibus tum personarum, tum rerum competunt, (b) tum etiam vtilis de quouis alio Iure simili. (c)

a) l. 5. in prin. ff. si vsufr. petat. (b) d. l. 5. §. sicut 7. ff. d. t. & l. 2. ff. si seruit. vind. (c) Bart. ad l. si publicanus, §. in omnibus, num. 3. ff. de publican. & vectig. Emanuel Soarez in thesauro recept. sentent. num. 52. Petr. Iacob. Aurel. in pract. libel. Rubr. 12. num. 8. De re ditibus, idem scribit Iacob Venentius in tract. de annua prestet. part. 2. quest. 4.

## XLVIII.

Est autem confessoria actio de seruitute personali (veluti vsufructu) actio in rem, siue vindicatio (a) quâ is, ad quem pertinet, (b) talis seruitus experitur aduersus eum, à quo vti ea seruitute quoquo modo impeditur, siue seruitutis controuersiam faciat, siue non faciat, (c) affirmando eam seruitutem suam esse, (d) petendoq; vt Iudicis sententia sua esse declaretur, & aduersarius ab eo impedimento abstinere, & hoc nomine de se & herede suo cautionem prestare codemnetur. (e)

a) §. Æquè si agat, Instit. de action. l. 1. in pr. ibi. vsufructum vindicaturum, l. 5. §. 1. ibi, sed vsufructum vindicare debet, & §. seq. ibi, siue vindicet quis vsufructum. ff. si vsufructus petatur. (b) Vt qui ante adquisiuit talem seruitutem, ita vt eam suam esse dicere possit. l. vti frui §. in pr. ff. si vsufr. petatur, l. 2. in pr. ff. si seruit. vind. Qui enim hanc intentat actionem, vsufructum petit, Rubr. ff. si vsufructus petetur, petimus autem id, quod nostrum est. l. actionum 25. in pr. vers. in rem, & l. actio 28. ff. de oblig. & act. vnde qui nondum realiter adquisiuit vsufructum. Sed de eo prestando aliquem saltem obligatum habet, hac actione experiri non potest, sed actione aliqua personali, ad acquirendum vsufructum. l. 3. in pr. & d. l. actionum 25, in pr. vers. in personam ff. de oblig. & act. (c) l. 1. in pr. & l. vti frui 5. in pr. & §. 1. ff. si vsufr. pet. l. loci 4. §. si quis mihi, & l. si quis diuturno 10. §. 1. ff. si seruitus vind. (d) d. l. vti frui. 5. in pr. ff. si seruit. pet. & l. sicut 8. §. sed si queritur. ff. si seruit. vind. & d. §. Æquè si agat. Instit. de act. (e) l. pen. §. vlt. ff. si vsufr. pet. l. cuiuscunq; 60. ff. de vsufruct. l. pen. ff. de aqua cottid. ac astit. l. legi 12. ff. si seruit. vind. vide formulam libelli huius actionis apud Ioan. Schneid. ad §. Æquè, num. 28. Ferar. in forma libelli in actione confessoria, & Putr. Iacob. Aurel. in aurea practica libellorum Rubr. 11.

## XLIX.

Atq; hæc actio fructuario competit, non solùm aduersus fundi fructua-



fructuarij Dominum, sed & contra quemuis possessorem: etsi fructuario fundo seruitus debeat à vicino prædio, licet fructuarius eam directò vindicare non possit, vsufructum tamen aduersus prædij illius vicini dominum rectè vindicat hac confessoria actione.

*l. 1. in pr. l. vti frui §. Vtrum autem ff. si vsufr. pet.*

L.

Confessoria actio de seruitute rerum est vindicatio, (a) qua agit is, qui talem seruitutem, in cuius vsu impeditur, suam esse, & suo prædio ab aduersarij prædio deberi intendit, (b) Proindeq; à Iudice declarari, eam seruitutem suam esse, (c) & aduersarium vt ab eo impedimento abstineat, atq; hoc nomine cautionem de se & herede suo præstet condemnari petit. (d)

a) *l. 2. in pr. ibi, in rem actiones, & Rubr. t. ff. si seruit. vind. & §. Aequè si quis agat, Insti. de act.* (b) *d. l. 2. in pr. et d. l. sicut §. sed quaritur §. ff. si seruit. vind. & d. §. Aequè, Insti. de act.* (c) *d. l. sicut §. Et si quidem ff. si seruit. vind. et l. ex diuerso §. 1. ibi, & Iudex sententia declarauit meum esse ff. de rei vind.* (d) *d. l. Egi §. ff. si seruit. vind. d. l. pen. ff. de aqua cottid. & est. l. pen. & vlt. ff. si vsufruct. pet. l. Cuiuscunq; §. 60. ff. de vsufruct. Vide formulam libelli huius actionis apud Ioan. Schneid. ad d. §. Aequè n. 28. Insti. de act. Ferar. in forma libelli in actione confessoria.*

LI.

Sed acris est concertatio, detur ne hæc actio etiã vsufructuario? Vlpianus negat, (a) Iulianus affirmat, (b) Nullam tamen inter eos veram esse pugnam remur. (c)

a) *l. 1. in pr. & l. 5. §. vtrum. vers. nam etsi fundo ff. si vsufr. pet. & l. 2. §. 1. ff. si seruit. vind. l. vn. §. Item Iuliano ff. de remissionib. & l. 2. ff. de oper. noui nunciat.* (c) *Aliud sentit Cuiac. lib. 1. obser. cap. 16.*

LII.

Idem quoq; affirmamus de eo, quòd scilicet vtilem seruitutis petitionem habeat, qui pignori fundum accepit, & ad quem fundus Emphyteuticus pertinet.

*l. Ei qui §. 16. ff. de seruitutib.*

LIII.

In confessoria actione, siue de personarum, siue de rerum seruitute agatur, etiam omnis causa & fructus veniunt, id est, commodum quòd haberet actor, si prohibitus sua seruitute non fuisset.

eeee

l. vti



*l. uti frui 5. §. In his autem, & §. fructuario 5. & §. ult. ff. si ususfruct. pet. & l. 4. §. In confessoria 2. & l. Etsi 6. §. pen. ff. si seruit. vind.*

## LIV.

Cæterùm ita demum præstandi sunt fructus agenti fructuario, si non sit possessor: Quòd si possideat, nihil fructuum nomine consequetur, sed illud tantùm, ut securus fruendi licentiam consequatur.

*l. uti frui 5. §. ult. ff. si ususfruct. pet.*

## LV.

Si ususfructus post litem de eo contestatam finitus fuerit, præteritorum duntaxat fructuum ratio habetur. (a) Vnde si reus post acceptum hoc iudicium sine dolo suo & culpa deserit prædium fructuarium possidere, ut si illud chasmate, aut terræ fragore perierit, ratione ipsius prædij, & futurorum fructuum absolui debet, (b) Qui autem cum non possideret actore ignorante, se liti obtulit, & quasi possessor actionem de ususfructu accepit, damnabitur, ac si possideret. (c)

a) *d. l. uti frui 5. §. si post litem 4. ff. si ususfruct. pet.* (b) *l. ult. ff. d. t. Quia nulla est in rem actio efficax, nisi aduersus eum, quæ rem, de qua agitur, vel de cuius iure agitur, rei vindicanda tempore possidet l. sin autem 27. §. 1. ff. de rei vind. & l. quesitum 30. in pr. ff. de pecul. Desinere possidere, est desinere habere facultatem restituendi l. 1. §. quod ait prator ff. quod legat nomine* (c) *d. l. ult. vers. quòd si ff. si ususfr. pet.*

## LVI.

Deteriorationis quoq; ratio in hoc iudicio spectatur. Si enim ab herede ex testamento fundi ususfructus petitus sit, qui arbores deiecisset, aut ædificium demolitus esset, aut aliquo modo ususfructum deteriorem fecisset, aut seruitutes imponendo, aut vicinorum prædia liberando, ad iudicis religionem pertinet, ut inspiciat, qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit, ut fructuario actori hoc, quod in-  
virest, ab eo seruetur.

*l. 2. ff. si ususfr. pet.*

Est



## LVII.

Est & illud hic notandum, quòd si seruitus sit oneris ferendi, proindeq; is, qui eam debet reficere, parietem aut tigni vitiù emendare cogatur ad sustinenda vicini onera; Huius actionis confessoria euentus hic est, vt victori officio iudicis aut res præstetur aut cautio. Res ipsa hæc est, vt iubeat aduersarium Iudex emendare vitium parietis, & idoneum præstare. Cautio hæc est, vt eum iubeat de reficiendo pariete cauere, neq; se neq; successores suos prohibituos alius tollere sublatumq; habere. Et si cauerit, absoluetur. Si verò neq; rem præstat, neq; cautionem, tanti condemnet, quanti actor in litem iurauerit.

*l. Harum 7. ff. si seruit. vind. Cuiac. in lib. 21. Pauli ad edict. pag. 343. & seq.*

## LVIII.

Negatoria actio de seruitute personarum est vindicatio, (a) quâ Dominus rei, cuius vsus fructum aduersarius suum esse dicit, negat talem seruitutem à re sua ipsi reo deberi, (b) proindeq; à Iudice petit, vt illud sua sententia declaret. (c) & aduersarium ne ab illo amplius inquietetur ab asserto illo iure abstinere, (d) atq; hoc nomine cautionem de se & herede præstare iubeat, condemnet. (e)

a) *l. 2. in pr. ff. si seruit. vind. & § Aequè, Instit. de act. Petimus autem hac actione non seruitutem, sed rei nostra libertatem, negamus enim alij, aduersario scilicet nostro ius esse vtendi fruendi: d. l. vti frui 5. in pr. vers. magis tamen, & §. si partis 2. ff. si vsufr. pet. id est, rei nostra libertatem vindicamus l. 4. §. competit. ff. si seruitus vind. (b) per text. proximè alleg. (c) per d. l. sicut 8. §. Et siquidem 4. ff. si seruit. vind. & per d. l. & ex diuerso 35. §. 1. ff. de rei vind. (d) d. l. vti frui 5. §. vlt. in fin. ff. si vsufruct. pet. (e) *l. Egi 12. ff. si seruit. vind. & l. pen. ff. de aqua cottid. & ast. d. l. vti frui 5. §. vlt. in fin. ff. si vsufr. pet. Donel. ad §. Aequè, num. 10. Instit. de act. Huius actionis formulam vide apud Ioan. Schneid. ad d. §. Aequè num. 45. Instit. de act. & Ferrar. in forma libelli in actione negatoria.**

## LIX.

Fructus quoque præstandi sunt agenti hac actione, si non ipse sed aduersarius prædium fructuarium possideat.

eeee 2

d. l.



d. l. Vti frui 5. §. sicut 7. ff. si vsusfr. pet.

## LX.

Negatoria actio de seruitute rerum est vindicatio, (a) quâ Dominus prædij, à quo aduersarius suo prædio seruitutem deberi contendit, negat ei assertam seruitutem competere, (b) proindeq; à Iudice petit, vt suâ sententiâ id declaret, (c) & aduersarium, ne ab eo amplius inquietetur, (d) atq; ille hoc nomine de se, suoq; herede cautionem præstet, (e) condemnet.

(a) d. l. 2. in pr. & l. Et si 6. §. hæc autem actio 3. ff. si seruit. vind. & §. Aequè, vers. contra, Instit. de act. (b) d. l. 2. in pr. ff. d. t. l. 6. in pr. ibi, negat ius esse, & §. 2. ibi, siue alij neget, ff. si vsusfr. pet. d. §. Aequè vers. contra, Instit. de act. (c) arg. l. sicut 8. §. Et si quidem, ff. si seruit. vind. & l. & ex diuerso 35. §. 1. ff. de rei vind. (d) arg. d. l. Vti frui 5. §. vlt. ff. Si seruit. pet. (e) l. legi 12. ff. si seruit. vind. & l. pen. ff. de aqua cottid. & ast. Formam libelli huius actionis vide apud Ioan. Schneid. & Ferrar. locis ad thesin 58. citatis. Quæ autem huius actionis requisita sint, & quid probat a intentione actoris, probandum sit, & docendum reo ad elidendam actoris intentionem, vide pulchrum responsum Mynsing. 11. decad. 2. per tot. & eundem Mynsing. cent. 1. obs. 19. vbi etiam inter cetera scribit, ab actore non esse probandum dominium prædij, si illud possideat: si non sit in fundi possessione, dominij probationem necessariam esse

## LXI.

In hac actione etiam fructus computantur, quanti interest petitoris, non vti fundi sui itinere aduersarium.

l. 4. §. 2. vers. sed & in negatoria. ff. Si seruit. vind.

## LXII.

Vt ad negandam alicui seruitutem, sic & pro negando alio Iure, quod quis sibi vindicat, vt sunt: Decimæ, tributa, redditus, Ius prætorij, Iurisdictio &c. vtilem negatoriam actionem competere Pragmatici docent.

Bart. ad l. si Publicanus §. in omnibus, num. 3. ff. de public. & vectig. Eman. Soarez in thesauro recept. sentent. num. 52. sub verbo: actio confessoria, Petr. Iacob. Aurel. in Pract. aur. libel. Rubr. 12. num. 8. Iacob. Venentus, tract. de annua præstat. part. 2. quest. 4.

Non



## LXIII.

Non est hoc loco, omittendum, quòd confessoria & negatoria actio æstimanda sit, non ex affirmatiua aut negatiua orationis conceptione, sed ex re quæ attenditur: quippe cum etiam negatiua orationis conceptione uti possit, qui confessoriam intentat actionem: Atq; ille, qui negatiuam mouet actionem, affirmatiua uti forma queat.

*l. 4. §. competit 7. vers. hoc igitur ff. si seruit. vind. & ibi Cuiac. in Paratit. Donel. ad §. Aequè num. 5. & 11. Instit. de act. & Oldendorp. classe 3. act. 5.*

## LXIV.

Deniq; variorum varium est Iudicium. (a) de §. Aequè, vers. Sanè vno casu, Instit. de act. Nos neq; textus emendationem probamus. (b) neq; VNVM ILLVM CASVM de seruitutibus (c) aut alterius alicuius materiæ specialis certo & singulari casu, (d) intelligimus, (e) sed vocem VNO pro voce SOLO positam affirmamus, cum aliàs etiam VNVS dicatur SOLVS & VNVM pro SOLVM, quasi ita dixisset Iustinianus, sanè solo casu &c. atq; hæc eius sit sententia, quòd quidem ei, qui possidet rem corporalem, actio in rem prodita non sit, per quam neget rem actoris esse, verùm licèt actionem eiusmodi non habeat, nihilominus eum actoris partes obtinere, cum reus in exceptione actoris partibus fungatur, & exceptionem suam ut actor probare teneatur. (f)

a) *Vt latè ostendit Donel. ad d. §. Aequè, num. 22. & seqq. Instit. de act. (b) Alij legunt, sanè illo casu, ut Hotoman. & Vvesembec. alij SANE vt hoc CASV, vt Equin, Baro, alij SANE NON VNO CASV, vt Goueanus lib. 1. cap. 41. & AEmil. Ferretus, quem sequitur etiam Donel. dict. §. Aequè, num. 33. & seqq. Sed correctio vitanda est. (c) post Equin. Baronè, Cuiac. in notis ad d. vers. sanè vno casu, & in 11. tract. ad African. pag. 599. Vvesembec. & alij ad eundem §. Aequè vnum illum casum intelligunt de casu, quo quis negat alij seruitutem, At versiculus ille, SANE, exaudiendus est de rebus corporalibus, uti precedens enunciatio suadet. Quia etiam in seruitutib. negatiuis non tantum quis obtinet partes actoris, sed & reuera actor est, nec opus esset, ut ad latiores Digest. libros ob eum casum lectorem remississet Iustinianus, siquidem in illo ipso §. Aequè, satis dilucidè id exposuerit & clarè dixerit, (d) alij alias fingunt materias, & in his certum & singularem casum, ut ostendit Donell. ad d. §. Aequè*

eeee 3

num. 26.



num. 26. 27. 28. 29. 30. & 31. At hos omnes solidè refutat Donel. dictis locis (e) Ut cum Plautus dicit, VNVS TVM DOMI ERAM. Item Cicero: VNVM ILLVD DIGO, si &c. & alibi, VNVM TAMEN COGITENT, se &c. (f) l. 1. ff. de except. l. in exceptionib. 19. in pr. ff. de probat. l. 1. C. eod. tit. Et quia omni casu qui possidet, si actione conuentus excipiat, actoris partes in ea exceptione sua obtineat, id est, probare eam cogatur, si elidere actionem, & vincere in iudicio velit, idcirco ait Iustin. ex latioribus Digest. libris id apparere. Atq; hanc eius loci sententiam post AEmil. Ferret. & Gouean. amplectitur quoq; Donel. quem ut expediant, locum, ut ostendi, corrigunt, cum tamen emendatione illa opus non sit: Quia etiam correctio illa arguit, quibusdam tantum casibus, non semper omni casu actoris partes sustinere eum, qui possidet rem corporalem, & eius nomine ab alio conuenitur: cum tamen omnis, qui excipit, probare exceptionem suam cogatur, atq; ita actoris partibus fungatur.

## LXV.

Restat præiudicialis actio, quæ etiam præiudicium appellatur. (a) Est autem præiudicialis actio, in rem actio, (b) qua quis vel se Dominum, & aduersarium seruum suum, vel se patronum, & aduersarium suum libertum, vel se patrem, & aduersarium filium suum, aut contra, declarari petit: (c) Ita dicta, quòd de ea re mouetur, quæ ad aliam sequentem causam & litem ita pertinet, ut de illa cognitione facta, hæc quoq; simul expedita videatur. (d)

a) l. 1. §. per hanc ff. de rei vind. & l. actionis verbo 37. ff. de oblig. & act. (b) §. Præiudiciales, Instit. de act. ubi verbum videntur non est fictionis, sed veritatis, Mayn. ibid. num. 22. & 23. & post alios Thomas Linius, Sic alibi etiam veritatis verbum est, l. Titio 71. §. Titio genero ff. de condit. & demonstrat. l. seruum 44. §. 1. ubi gl. & Dd. ff. de legat. 1. l. 3. §. è contrario, & ibi Angel. ff. de acquir. vel amit. poss. Ut & in eo Cicero ad Trebat. Hoc quemadmodum vos scribere soletis in vestris libris, Idem C. Cornelio videbatur: Sed vide Donel. ad d. §. Præiudiciales. num. 10. & lib. 20. comment. cap. 8. pag. 444 Obstat videtur, quòd restitutio hac actione non petitur, quo argumento Donel. utitur. (c) d. §. Præiudiciales, Instit. de act. (d) uti arguit text. in d. §. Præiudiciales, & scribit ibid. Donel. num. 5, & lib. 20. comment. cap. 8. pag. 444. sub num. 30. & seq. Vide quoq; Ioan. Schneid. ad d. §. Præiudiciales.

## LXVI.

Huius actionis igitur species tres sunt: Vna, qua quæritur, an quis



quis liber, aut seruus sit: Altera, qua quæritur, an quis ingenuus, vel libertus sit: Tertia est, de partu agnoscendo, & alimentis præstandis, (a) Plures huius actionis species esse cum Cuiacio (b) negamus.

a) d. S. Præiudiciales, Instit. de act. (b) In notis ad d. S. Præiudiciales. Sed Hotoman. ibid. & Duaren. lib. 2. disputat. cap. 2. plures agnoscunt. Et Pragmatici non inutiliter alias fingunt species, De quibus vide Ioan. Schneid. ad dict. S. Præiudiciales Instit. de act. & Oldendorp. class. 3. act. 9. Arnold. ab Haersolte, in aduersarijs de actionib. parte 4. act. 17. num. 6. & part. 6. act. 31. num. 8. & Althus. lib. 2. Iurisprud. Rom. cap. 5. Qui omnes dictis locis scribunt, esse etiam vtilis actiones Præiudiciales, alijs contra alias personas competentes.

## LXVII.

Prima præiudicialis actionis species est, qua quis se dominum dicit, & eum quo cum agit, seruum suum esse intendit, idq; iudicis sententia declarari petit; is verò, qui seruus dicitur, sibi libertatem contra vindicat. (a) Vnde hæc causa liberalis, & liberale iudicium vocatur. (b) Estq; ciuilibus hæc actio. (c)

a) l. liberis 7. §. vlt. l. Quòd autem 10. ff. de liberal. causa. (b) d. l. Quòd autem, & l. ordinata 24. ff. d. t. (c) d. S. Præiudiciales, vers. Ex quibus, Instit. de act.

## LXVIII.

Secunda species est, qua quis se patronum, & aduersarium suum libertum dicit; & hic è conuerso se libertum eius esse negat, seq; ingenuum dicit.

Tot. tit. ff. Si ingenuus esse dicetur. l. circa, 14. & l. Quotiens 18. ff. de probat.

## LXIX.

Tertia species in duas alias discedit species; vna est, qua quis se patrem aduersarij dicit, aduersarius verò id negat; aut quis se filium aduersarij dicit, aduersarius autem se patrem eius esse negat.

l. 1. §. pen. ff. de agnoscend. & alend. liber.

## LXX.

Altera species est, qua mulier aliquem partus sui patrem legitimum



mum esse intendit, proindeq; eum iudicis sententia patrem declarari petit: atq; hac actione contra præensum patrem & constante & soluto matrimonio mulier experiri potest: Mortuo autem patre, aduersus auum.

*l. 1. §. pen. & vlt. & l. 3. §. 1. & §. 2. ff. de agnoscend. & alend. lib.*

## LXXI.

In præiudicijs autem is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id, quod intendit.

*l. Generaliter 12. ff. de except. l. vlt. in fin. ff. Si ingenuus esse dicetur, Cuiac. lib. 5. obser. cap. 37.*

## LXXII.

Hinc qui in possessione seruitutis est, id est, vt seruus ab alio possidetur, si liberum & ingenuum se dicat, actoris partibus fungitur; Sin verò in possessione libertatis & ingenuitatis fit, tunc is, qui eum suum seruum dicit, aut libertum, actoris partes obtinet.

*l. Circa eum 14. ff. de probat.*

FINIS DISPUTATIONIS VIGESIMÆ QUARTÆ.

Sup-



I.

S V P P L E M E N T V M  
D I S P U T A T I O N I S XII. 2 V AE  
non modò alicubi vitiosè, sed nec integrè ex Præs-  
dis commentario feudali descri-  
pta est.

T H E S I S XXXIX.

**N**ON modò ergò mares, sed & fœminæ feudum acquirere pos-  
sunt. Vnde feudum aliud masculinum est, aliud fœmineum.

*Tit. 30. ibi, quia fœmineum est feudum, & tit. 50. ibi, vel nisi sit fœmineum,  
lib. 2. feudor.*

XL.

Masculinum feudum est, quod ab initio masculus adquisit (a)  
nec quicquam refert, masculus ille, qui primò adquiret feudum, liber  
sit, vel seruus, modò qui feudum concedit, non ignoret eius sta-  
tum (b)

*a) dict. tit. 30. & dict. tit. 50. lib. 2. feud. Cuiac. ad tit. 15. lib. 1. feud.  
Vvesembec. in tractat. de feud. cap. 2. num. 5. (b) tit. 3. S. personam verò lib. 1.  
feud.*

XLI.

Fœmineum feudum est, quod à principio fœmina adquisit.  
Non etiam illud, quod per masculum adquisitum, ex parte etiam ad  
fœminas transit.

*dict. tit. 30. & dict. tit. 50. lib. 2. feud. Vvesembec. dict. cap. 2. num. 5. &  
Hartman. Pistoris, lib. 2. question. iur. quest. 34. num. 13.*

XLII.

Est autem vtrumq; illud feudum, (masculinum & fœmineum)  
vel nouum, vel vetus, siue antiquum.

*Tit. 11. S. Hu verò, tit. 12. tit. 14. tit. 15. tit. 32. vers. de veteri, lib. 2. feud.  
tit. 91. de inuestitura veteris & noui beneficij, in extraord. capit.*

XLIII.

Nouum feudum est, quod quis vel noua inuestitura, vel præ-  
scriptione adquisit,

ffff

Tit. 8.





Tit. 8. §. filia verò, vers. Hæc de feudo paterno, iunct. vers. seq. lib. 1. feud.  
tit. 32. §. nouam inuestituram, iunct. §. seq. tit. 26. §. si quis per triginta, lib. 2.  
feud.

## XLIV.

Acquirere autem illud potest non modò paterfam. sed & filiusfam. (a) à quo adquisiti feudi vsusfructus, id est, facultas percipiendorum fructuum ex re feudali, ad patrem pertinet. (b)

a) Per tit. 3. §. Personam verò, lib. 2. feud. (b) Quia iure ciuili aduentitij peculij verus vsusfructus, qui seruitus est, ad patrem spectat, per iura vulgata, Ergo multò magis facultas hæc percipiendorum fructuum. Contrarium autem iure feudali dispositum cum non sit, hac etiam in parte ius commune sequimur, per text. in tit. 1. lib. 2. feud. Atq; hanc sententiam tenent Curt. de feud. part. 3. num. 46. & seq. Roland. à Valle consil. 54. num. 28. vol. 3. & Sonsek. de feud. part. 3. num. 8. & seq. Sed multi dissentiunt, inter quos etiam est VVesembec. de feud. cap. 5. num. 4. & Ioan. Borcholt. de feud. cap. 5. num. 48.

## XLV.

Potest item nouum acquirere feudum mutus, surdus, cæcus, vel aliter imperfectus.

Per text. in tit. 3. §. Personam verò lib. 2. feudor. Feudista ad tit. 6. §. mutus. lib. 2. feud. Hartman. Pistor. lib. 2. quest. iur. quest. 32. num. 7.

## XLVI.

Tùm etiam per tutorem suum infans pupillus; (a) Vnde & impubes maior infante, (b) etiam absq; tutoris autoritate. (c)

a) Tit. 3. §. Sed utrùm ipse, lib. 2. feud. l. 3. C. de acquir. vel retinend. poss. l. Quamuis 32. §. infans. ff. d. t. l. Si procurator 13. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. sufficit. ff. de administrat. tutor. post alios Schrader. de feud. part. 4. cap. 3. num. 4. (b) Tit. 26. §. Si minori, & tit. 55. §. Præterea si quis, lib. 2. feud. (c) Per §. 1. Instit. de autorit. tutor. Zas. de feud. part. 5. cap. 2. Borcholt. de feud. cap. 5. num. 46.

## XLVII.

Ipsè tamen impubes fidelitatis iusiurandum non præstat, (a) nisi vtrò illud dare volet, (b) vel eius nomine procurator, vel tutor. (c)

a) Tit.



a) Tit. 26. §. Si minor iunct. §. seq. lib. 2. feud. l. iusurandum 34. §. De pupillo, vbi gl. ff. de iniur. (b) dict. tit. 26. §. si minori. ibi non cogatur. lib. 2. feud. l. 26. in prin. l. 34. §. 2. ff. de iureiur. C. Ex literis. extra de sponsal. (c) tit. 3. §. vtrum. lib. 2. feud.

## XLVIII.

De pubere ergò quin & hic feudum acquirere possit etiam sine curatoris sui consensu, dubitandum non est.

Arg. tit. 26. §. si minori, iunct. <sup>§. seq.</sup> dict. tit. 3. §. Personam verò. & §. seq. lib. 2. feud. confert l. 5. in prin. ff. de autor. tutor. l. 3. §. pupillus sanè. ff. negot. gest. l. 3. in prin. ff. commodati. Dissentit Sonsbek de feud. part. 7. num. 13.

## XLIX.

De spurio eleganter quæritur, nouum feudum acquirere possit, nec ne? Definimus autem, quòd ab extraneo vtiliter, (a) à patre verò inutiliter (b) ei feudum detur.

a) Arg. l. 3. §. personam verò. lib. 2. feud. Sylvan. de feudi cognit. quest. 103. Schrad. de feud. part. 4. cap. 3. num. 7. Neg. hic distinguimus inter feudum dignitatis, & illud quod dignitate vacat. per l. 2. §. nullum 7. & l. Spuri 6. in prin. ff. de decurionib. maximè si Princeps spurio, non ignorans conditionem eius, feudum dederit, per l. Imperialis 23. §. Similes. 4. vbi Bald. C. de nupt. & l. Quidam 57. in fine. ff. de re iudic. (b) Per text. in l. si quis incesti 6. vers. Nihil prorsus, C. de incest. & inutilib. nupt. l. 1. vers. sed et si vxori, & vers. siue itaq. C. de naturalib. lib.

## L.

De Clerico dissentientes sunt Dd. opiniones. Nos & huic nouum feudum rectè dari arbitramur.

Per tit. 3. §. Personam verò, lib. 2. feud. tit. 40. §. vlt. lib. eod. c. Ex transmissa, extra de foro compet. Sonsbek. de feud. part. 7. num. 3. Borscholt de feud. cap. 5. num. 49. Dissentit Zas. de feud. cap. 5. prope finem.

## LI.

De rustico dubitandū non est, quin feudum rectè acquirere possit, (a) maximè cum ad belli difficultates decoquendas aptissimus sit (b)

ffff 2

a) Per



a) *Per text. in dict. tit. 3. §. Personam verò, lib. 2. feud. (b) Veget. lib. 1. cap. 3.*

LII.

Quin etiam collegium aliquod, aliaq; vniuersitas, veluti ciuitas, vel aliud corpus, feudum vtiliter adquiret.

*Per text. in tit. 40. §. vlt. lib. 2. feud. l. 2. ff. de acquir. vel amit. poss. l. Tigni 7. §. Item municipes. ff. ad exhib. l. An vsusfructus 56. ff. de vsufruct. iuncto tit. 23. in fin. ibi, Vsusfructus verò, lib. 2. feud. Hartman. Hartmanni ab Eppingen. lib. practic. obseruat. tit. 54. de feud. obser. 4.*

LIII.

At hæreticus (a) deportatus, (b) in bannum Imperij declaratur, (c) & quilibet publico iudicio damnatus, (d) feudi incapax esse iudicatur.

a) *Huic enim nihil ex moribus, nihil ex legibus commune est cum ceteris, l. Manichæos 4. C. de heret. atq; eius pœna est exilium siue bannum, & amissio omnium bonorum, l. Arriani 5. in prin. l. Quicumq; 8. §. 2. in fin. & Auth. Gazaros, & Auth. Idem est, C. de heret. l. vlt. C. de apostat. Nouel. 115. cap. 3. §. si quis de predictis, vers. Et hac quidem, Cuiac lib. 12. obser. cap. 30. (b) Hic enim eorum, quæ iuris ciuilibus sunt, particeps non est, l. Sunt quidam 17. §. Item ff. de pœnis. Feudum autem iure ciuili adquiretur, præscriptione scilicet, tit. 26. §. si quis per triginta, lib. 2. feud. quæ iuris ciuilibus est, & inuestitura, vit. 1. in fin. lib. eod. feud. quæ & ipsa ob suas solennitates iuris est ciuilibus. (c) Nam & hi quæ iuris sunt ciuilibus perdunt. Andr. Geil. lib. 2. de pace pub. cap. 12. num. 5. & seq. & deteriore sunt loco, quàm deportati, Andr. Geil. dict. lib. 2. de pace pub. cap. 1. num. 24. & seq. (d) Hic enim inter milites recipiendus non est, l. 4. §. adulterij, ff. de re milit.*

LIV.

Cognito, quid nouum sit feudum, & qui acquirere illud possint, vel non, iuuat, & illud addere, quòd nouum quoq; feudum est, si nobilis quispiam cuidam Principi bona sua propria in feudum obtulerit,

*Zaf. de feud. part. 3. in fin. & Schrad. de feud. part. 2. cap. 3. num. 63.*

Est



## LV.

Est item nouum feudum, quod vasallus ex <sup>pecunia seu precio</sup> primo feudi antiqui, Domino & agnatis consentientibus venditi, sibi comparauit.

Arg. tit. 45. vers. Et licet alterum, lib. 2. feud. Nam precium illud non succedit loco rei, id est, feudi antiqui, l. Quamuis 3. C. In quib. causis pig. vel hypo. tac. contrah. l. Qui vas argenteum 48. §. vlt. ff. de furt. l. Fundum 28. ff. de nouat. l. Nemo rem 82. in prin. ff. de verb. oblig. Vt nec res loco precij, arg. l. Ex pecunia 6. C. de rei vind. l. 4. C. communia vtriusq. iudic. vide Schrad. de feud. part. 2. cap. 3. num. 57. & seq.

## LVI.

Similiter nouum dicimus feudum, quod cum antiquum esset, vasallus feloniam suam amisit, at remissionem feloniam a domino simpliciter recepit.

Feloniam enim Vasalli omne eius ius resoluitur, & feudum ipso iure ad dominum liberè reuertitur. tit. 55. §. Firmiter, lib. 2. feud. Reddendum ergo feudum merito nouum censetur, per tit. 45. vers. licet alterum, & tit. 54. vers. Infeudatus lib. 2. feud. confert eodem textu in l. Sed si 5. ff. de precario, l. Inter 83. §. Sacram. in fine. vers. Sed et si ff. de verb. oblig. Atque hanc probant Conclusionem Aluarot. & Preposit. ad tit. 14. lib. 2. feud. Bald. ad tit. 55. §. Insuper. lib. eod. Zas. de feud. part. 3. num. 2. & Schrader. de feud. part. 2. cap. 3. num. 43. & seqq. vbi huius pronuntiati quasdam limitationes adfert.

## LVII.

Denique nouis adijcimus feudis & illud, quod tempore, vel generatione finitum, filijs vel agnatis ultimi vasalli dominus iterum concessit.

Per text. in l. Sed si 5. ff. de precario.

## LVIII.

Succedit feudum vetus. Est autem vetus feudum, quod vel a presentis domini predecessore datum, vel a vasalli presentis predecessore adquisitum est.

Tit. 32. §. De veteri autem. & tit. 52. §. Satis bene, vers. Quidam miles, ibi, qui paterna beneficia lib. 2. feud. Ex quo loco discimus, paternum esse feudum & illud, in quod filij patri suo nouo vasallo successerunt. Paterno autem

ffff 3

feudo



feudo nouum feudum opponitur, tit. 11. §. His verò deficientibus, vers. Quòd ita intelligendum, & vers. si verò dominus. tit. 14. & tit. 15. vers. Nunc quidam, & vers. seq. lib. 2. feud. Vnde & paternum feudum est vetus feudum, quippe cum nouo feudo vetus feudum opponatur tit. 3. tit. 32. §. Nouam & §. seq. lib. eod. feud. & tit. 91. de inuestitura veteris & noui feudi, in extraord. capit. Est ergò vetus feudum, quod vasallus ex successione possidet, licet in defuncti persona feudum fuerit nouum.

## LIX.

Feudum vetus ratione præsentis vasalli, qui successionis iure id obtinet, vel paternum, aut maternum est, (a) vel est extraneum, (b)

a) Tit. 15. lib. 1. feudor. (b) Quale est, in quod quis succedit ex parte inuestitura, non ut filius, aut agnatus.

## LX.

Paternum feudum est, quod à primo acquirente masculino adquisitum, ad eius liberos masculos quocunq; etiam gradu fuerint, iure successionis peruenit.

Tit. 11. §. His deficientibus, vers. Quòd ita intelligendum, & tit. 50. §. Paternum autem voco, lib. 2. feud.

## LXI.

A paterno feudo interpretes antiquum feudum specie distinguunt, Paternum appellant, quod etiam ad primi acquirentis successores quarti gradus peruenit, (a) Antiquum vocant, quod etiam primi acquirentis successoribus, qui ultra quartum gradum sunt, obuenerit: (b) Cùm tamen paternum feudum sit feudum antiquum, (c) vt proinde hoc ab illo specie distingui non possit. Quin etiam feudorum placita paternum feudum disertè appellant & illud, quod ad primi acquirentis liberos masculos etiam remotissimi gradus transit. (d)

a) Per text. in tit. 8. §. Hoc quoq; obseruatur, lib. 1. feud. (b) Aluarot. in proœmio in libros feud. sub sexta feudi diuis. Bald. ibidem, num. 42. Iason in prælud. feudor. num. 83. Zas. in Epit. feud. part. 3. Cont. in methodo de feudis, cap. de diuisione feudor. pag. 19. Duar. de feud. cap. 4. num. 10. VVesenb. de feud. cap. 2. num. 6. Borcholt. de feud. cap. 4. num. 2. (c) Vt ad thesin 58. ostensum fuit,



fuit. (d) dict. tit. 50. in prin. ibi, ex latere omnes per masculos descendentes, vsq; in infinitum, si feudum sit paternum, lib. 2. feud. Non obstat textus in dict. tit. 8. §. Hoc quoq; lib. 1. feudor. Nam est de iure antiquo, quo in feudum successio erat vsq; ad quartum duntaxat gradum, quæ tamen postea extensa fuit vsq; ad gradum septimū, tit. 1. §. Hoc quoq; lib. 1. feud. t. 8. §. Hoc quoq; lib. 2. feud. Tandem etiā in infinitum t. 31. t. 50. t. 52. §. Satis benè, in fine, lib. 2. feud. Agnati omnes, ex primo acquirente descendentes, feudorū iure parentes appellatur, t. 24. lib. 1. feud. tit. 33. lib. 2. feud. Nec ergò obstat, quod civili iure ultra patrem solus auus appellatione patris continetur. l. iusta 201. ff. de verb. sig. Adhac paternum feudum à primo acquirente estimatur; quippe cum nemo agnatus in feudum, quod paternum dicimus, succedat, nisi vnus fuerit ex liberis masculis primi illius acquirentis, quocunq; etiam gradu liberorum fuerit tit. 11. §. His verò, vers. Quòd ita, dict. tit. 31. ibi, remoti ab eo, qui id adquisiuit, tit. 50. §. Paternum autem, lib. 2. feud. Quid ergo impedit, quo minùs paternum dicatur feudum, licet in quinto aut sexto gradu consistat. Deniq; nepos, pronepos abnepos, &c. iure representationis in feudum succedit, quasi filius primi acquirentis, tit. 19. §. vlt. ibi, in beneficium aui in patris vicem succedit, lib. 1. feud. Et succedere in feudum dicitur adnepos, qui gradu est quinto, succedere, inquam, dicitur, non in feudum sui patris, sed in feudum ad aui, primi acquirentis, tanquam eius filius, per text. in tit. 14. §. si capitanei. ibi, prædicti fratres, vel nepotes per inuestituram patris & aui in beneficium succedunt, lib. 1. feud. Cur ergò non diceretur paternum feudum, in quod primi acquirentis adnepos, qui gradu est quinto, successit, siquidem vt eius filius successerit?

## LXII.

Est & illud hîc notandum, quòd feudum nouum, si iure paterni feudi concessum sit, vim & effectum paterni feudi habet.

Mynsing. cent. 4. obser. 84. And. Geil. lib. 2. obser. practic. obseruat. 50. Est enim standum tenori inuestiturae, etiamsi deroget natura feudi, tit. 12. ibi, nisi facta fuerit eo pacto inuestitura, tit. 18. in fin. tit. 48. lib. 2. feud. facit l. In traditionibus 48. ff. de pact.

## LXIII.

Maternum feudum est, quod per fœminam primò adquisitum ad eius liberos vtriusq; sexus iure successionis peruenit. Fœmineum ergò feudum dicitur etiam maternum feudum, cum ad matris prima acquirentis liberos peruenit.

Tit.



*Tit. 15, lib. 1. feud. Zas. de feud. part. 3. num. 2. vers. Est præterea feudum maternum, & vers. Et incipiet tale feudum.*

## LXIV.

In dubio autem (quod hîc monendum) feudum aliquod præsumitur paternum, vel maternum, non nouum. Proindeq; nouum qui feudum esse contendit, probare id necesse habet.

*Tit. 11. §. Si verò dominus, tit. 15. §. Item placet, & tit. 26. in prin. lib. 2. feud.*

## LXV.

Extraneum feudum dicimus, in quod quis ex speciali inuestituræ pacto successit, sine quo pacto succedere defuncto vasallo non potuisset; vt in quod frater fratri primo acquirenti ex tenore inuestituræ successit. (a) Item in quod filia patri suo primo acquirenti ex inuestituræ speciali lege successit (b) Cùm enim huiusmodi feudum sit vetus feudum, non nouum, at neq; paternum, neq; maternum, haud ineptè extraneum appellatur feudum (c) *imo, paternum. 1. F. & fil. 2. F. 17. sed femininū.*

a) *De quo feudo in tit. 1. §. cùm verò, vers. Quòd etsi. tit. 14. §. si duo, lib. 1. feud. tit. 18. lib. 2. feud. (b) De quo in tit. 8: §. vlt. lib. 1. feud. tit. 17. & tit. seq. lib. 2. feud. (c) arg. §. Sed hodie. Instit. de adopt.*

F I N I S.



Enunciata quædam,

DE MODIS AMITTENDI DOMINIUM; methodi absoluenda causa ad disputationem XIX, (qua tamen in ordine debuit esse disputatio VII) pertinentia.

Enunciatum I.

**A** Dhuc de modis acquirendi dominium proprietatis; Restant modi amittendi hoc dominium. Qui non minùs, quàm illi vel iuris gentium sunt, vel iuris ciuilib; Siquidem hisdem modis res desinant esse nostræ, quibus adquiruntur. (a)

a) l. 1. ff. pro derelicto.

II.

Iure gentium amittimus proprietatis dominium tum accessione rei nostræ facta rei alienæ, (a) tum ex causa alienandi dominij tradendo alij rem nostram, (b) tum habendo eam pro derelicto, (c) tum etiam prædatione bellica. (d) tum deniq; rei interitu. (e)

a) De hac egimus suprâ disputatione IV. thesi 35. & seqq. & disputatione V. confert d. l. 1. ff. pro derelicto. (b) l. Quæ ratione 9. §. Hæ quoq; 3. vers. Nihil enim ff. de acquir. rer. dom. & §. Per traditionem, vers. Nihil enim. Instit. de rer. diuis. (c) d. l. 1. & l. 2. ff. Pro derelicto, & §. Quæ ratione verius esse, Instit. de rer. diuis. (d) de hac differuimus disputatione 3. thesi 49. & seqq. (e) Per l. si ex legati 23. ff. de verbor. oblig. §. Eo amplius, Instit. de usufruct. l. Reperi 5. §. 2. ff. Quib. mod. usufruct. amitt.

III.

Modi, quibus iure ciuili rerum nostrarum amittimus dominium, pertinet vel communiter ad res, & mancipia nostra, vel tantum ad nostra mancipia, vel solum ad liberos patriæ potestati nostræ subiectos.

IV.

Primi generis modi sunt aliena vsucapio, & præscriptio (a) item bonorum publicatio. (b)

gggg

a) Alie-



a) *l. Alienationis 28. in prin. ff. de verb. significat.* (b) *l. Eius 8. §. 1. & §. 2. & §. vlt. ff. Qui testam. fac. poss. tot. tit. C. de bonis proscript. tot. tit. ff. de bonis damnator. & Nouel. 134. cap. vlt.*

## V.

Secundi generis modi sunt manumissio, (a) & adoptio serui, (b) tum etiam si dominus seruum suum actis interuenientibus filium suum nomet. (c)

a) *Tit. Instit. de libertin. & tot. tit. ff. de manumissionib. & tit. seqq.* (b) *§. vlt. in prin. Instit. de adopt.* (c) *d. §. vlt. vers. vlt. Instit. d. t.*

## VI.

Tertij generis modi sunt emancipatio, in adoptionem datio, Nuptiæ liberorum, certa filij dignitas, & ciuitatis amissio.

*Liberi, quos in potestate patria habemus, iure Romano ex lege Quiritium sunt in domino nostro l. 1. §. 2. ff. de rei vindicat.*

## VII.

Emancipatio est actus, quo parens prolem suam, quam potestati suæ patriæ subiectam habet, solenni modo de eo suo iure dimittit, (a) Estq; Anastasiana, vel Iustiniana.

a) *§. Præterea emancipatione. Instit. Quib. mod. ius patr. potest. solu. l. 3. l. pen. l. vlt. C. de emancipat.*

## VIII.

Anastasiana emancipatio est, cum parens impetrat rescriptum à Principe, vt sibi prolem suam absentem emancipare liceat, & impetratum illud rescriptum competenti iudici insinuat.

*l. pen. C. de emancipat.*

## IX.

Iustiniana emancipatio est, cum parens & proles emancipanda se sistunt apud competentem magistratum, & ibi parens de sua voluntate testificatur, eam se prolem suam è potestate sua dimittere.

*l. vlt. C. d. t.*

Sed



E N V N C I A T A Q V Æ D A M 11

X.

Sed quæritur an & hodie post Iustinianeam constitutionem, qua legitima emancipatio, quæ per imaginariam fiebat venditionem, & manumissionem, sublata est, capitis diminutio minima sit, nec ne? Cuiac. (a) quidem & Donellus (b) negant, contrariam autem sententiam veram esse planè remur (c)

a) In notis ad Vlpian. tit. Instit. X. (b) lib. 6. comment. cap. 16. pag. 43. (c) Nam & post illam constitutionem suam Imp. Iustinianus emancipationem ordinaria sede minimam capitis deminutionem esse disertè scribit §. Minima, Instit. de capitis deminut.

XI.

In adoptionem datione filijfam. amittit pater dominium illius, si eum consentientem actis interuenientibus auo vel proauo naturali in adoptionem dederit.

§. Sed et si pater. Instit. Quib. mod. ius patr. potest. solu. & l. pen. C. de adop.

XII.

Nuptijs liberorum amittit pater dominium ipsorum ex moribus germaniæ non iure scripto.

Zaf. ad l. utrùm num. 4. ff. de verb. oblig. Sichard. ad Rubr. Cod. Qui admitti ad bonor. poss. poss. & ad l. vbi adhuc 29. num. 15. & 16. C. de iure dot.

XIII.

Dignitas filij, per quam pater ipsius dominium amittit, est patriciatus dignitas, (a) omnisq; alia dignitas, de qua in l. vlt. C. de Decurionib. lib. 10. & Nouel. 38. in prin. §. 3. Et non vsq; agitur. (b) Item monachus. (c)

a) §. Filiusfam. Instit. Quib. mod. ius patr. potest, soluitur. (b) Nouel. 81. (c) Gloss. & Bart. ad l. si ex causa, §. Papinianus. ff. de minorib. Bald. ad l. 2. C. de lib. exhib. Costal. ad l. 4. ff. de iudic. facit. c. 2. vbi Panormis. extra de regularib. Dissentit Speculator tit. de datiuo tutore, num. 1.

XIV.

Ciuitatis amissione priuatur pater dominio suo in filium quod habet,

ggg 2



habet, si vel ipse, vel filius ob aliquod maleficium deportetur, (a)  
vel in metallum damnetur, aut bestiis subijciatur. (b)

a) §. Cùm autem, Instit. Quib. mod. ius patr. potest. sol. (b) §. Pœna  
seruus. Instit. d. t. Cuiac. ad Nouel. 22. cap. 8. & lib. 10. obseruat. cap. 10.

ERRATA IN SEQUENTEM COR-  
riguntor modum.

Disput. 1. thes. 26. ita concipi debet: Publica res sunt, quæ ad certum aliquem populum, veluti popu-  
lum Romanum pertinent, earumq; usus vel iure gentium communis est omnium, vel ipsi tantum populo de-  
stinatus. Thes. 35. in fundam. lin. 2. lege quæst. 4. Disp. 3. th. 18. in fund. lin. 10. leg. Balbus. thes. 23. in fund.  
pag. 8. lin. 2. leg. vlla distinctione. thes. 26. lin. 2. pro seruitutem leg. ius. th. 46. in fund. lin. 12. leg. narra-  
tionem continere. th. 57. in fund. lin. 2. sub lit. b. leg. ff. d. t. Th. 58. lin. 2. leg. venit. Disp. 6. th. 14. lin. 2.  
leg. apta. Disp. 7. th. 2. in fund. lin. 7. ante lit. e. insere hæc verba: Sed obstare videtur l. ei fundo 19. ff. de  
seruit. quæ verba irrepserunt in fund. th. 3. Th. 7. lin. 1. leg. proprium. th. 8. lin. 1. leg. proprium. Thes. 18. in  
fund. lin. 1. leg. Afric. 9. lin. 2. leg. except. rei iud. Th. 42. in fund. lin. 2. leg. cap. 9. th. 49. lin. 2. leg. pa-  
tentia. th. 71. lin. 3. leg. quid. Disp. 8. th. 32. lin. 2. pro quibusdam leg. plerisq;. Disp. 9. th. 6. lin. 1. pro ceter-  
um leg. cognito. th. 10. tolle hæc verba: id quod magistratus vir bonus. th. 57. lin. 5. pro, & lege, vt. th. 58.  
lin. 1. leg. probamus. lin. 2. pro huius leg. suas. th. 6. lin. 1. in fin. leg. quia id in. lin. 2. leg. distinguunt. th. 61.  
in fund. lin. 6. pro, quandoq; leg. quando. Disp. 10. th. 3. in fund. lin. 7. in fine, pro verb. in fine. leg. in princ.  
th. 13. pro verb. vltimus, post verb. tenentur, leg. Si eo nomine pedagia exigat, aut saluum conductum præ-  
stare rogatus ab illis fuerit b. in fund. b. Reichs Abschied. de anno 1559. part. 2. pag. 219. th. 15. in fin. leg.  
existimant. th. 17. tolle vocem noua. th. 39. lin. 2. leg. paraueredos. Disp. 11. th. 9. in fin. lin. 2. tolle In. lin. 13.  
leg. ipsam. th. 16. in fund. lin. 2. leg. de mandat. cap. 42. uum. 3. Disp. 12. th. 7. lin. 2. leg. Imp. Rom. Im-  
perium. th. 8. in fund. lin. 7. l. cum multa. th. 16. lin. 2. ante lit. a. adde, vt nec si rebus alijs, & conditione  
diuersa a prælato sit datum. Th. 17. lin. 4. leg. ipso iure verò ob solemnitate omissionem infeudatio &c. Th. 29.  
in fine adde: Atqui contrarium verius est. Disp. 15. th. 17. in fund. lin. 18. pro tamen leg. tantum. th. 22. in  
fund. sub lit. e. leg. arg. tit. 1. in prin. lib. 2. feud. th. 35. in fund. lin. 14. leg. heres patris. th. 38. in fund.  
lin. 28. leg. In eum confert. l. cum Disp. 16. th. 67. lin. 2. leg. negata. Disp. 18. th. 16. in fund. lin. 3. leg. Illud  
de amissa recuperanda, hoc de ea retinenda. th. 23. lin. 1. pro, domini leg. succedunt. lin. 3. leg. Pares, alijs  
vasalli. th. 41. lin. 4. leg. procedendi. th. 50. in fund. lin. vlt. insere lit. C. ante tit. 33. In parerg. 1. fund. leg.  
l. quod Principi 56. ff. de legat. 2. parerg. 3. in fund. lin. 1. leg. c. Constantinus 14. Disp. 20. th. 4. lin. 3. leg.  
& post. th. 57. in fund. in fin. adde lib. 1. quæst. 33. Disput. 21. pag. 3. th. 10. lin. 2. leg. delatione. th. 35. in  
fund. lin. 1. leg. vt & lin. 2. leg. hereditatem adire. lin. 3. leg. petere debere. pag. 11. th. 42. lin. 2. leg. da-  
tas. Disp. 22. pag. 1. th. 4. lin. 3. leg. possessoris. th. 27. lin. 2. leg. natura. th. 35. lin. 5. leg. lupanario. th. 42.  
lin. 3. leg. fuerint. Disp. 22. th. 2. lin. 2. leg. earum. lin. 3. pro vel leg. vt. th. 12. in fin. leg. respuuntur. th. 16.  
lin. 2. tolle primum modò. th. 47. lin. 4. tolle hunc. th. 43. in fund. lin. 8. leg. fati. th. 60. lin. 3. iussui. lin. 4.  
leg. Iudex eum absoluit. th. 65. in fund. lin. 4. pro 18. leg. 48. lin. 6. tolle vocem nuncupatione. th. 7. lin. 2.  
leg. condemnatus. lin. vlt. leg. non traditum iri.

F I N I S.











Ka 3071

(3/4)

ULB Halle 3  
003 261 573




sb


Burblind. 3/1.











B.I.G.

Farbkarte #13

493

# Disputatio XXIV.

DE

ICIANA ALIIS QVE  
rem actionibus: Item de Seruiana, & quasi Seruiana  
one: De confessoria, & negatoria actione, &  
actione praeiudiciali.

QVAM,

Diuino fauente Numine,

SVB PRÆSIDIO

LI CLARISSI-  
C CONSULTISSIMI,  
ENRICI BOGERI, SALCA-  
celeberrimi, & in illustri Tubingensi Academia  
professoris praestantissimi, Praeceptoris sui  
summè honorandi,

ARI EXERCITII GRATIA,  
mpore locoq; consuetis, pro ingenij tenui-  
tate defendere conabitur.

DAVID HOLDER,  
Stutgardianus.



TUBINGÆ  
Apud Georgium Gruppenbachium.

cccc

ANNO MDC.

